



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nicolai Svsii E Societate Iesv Opvscvla Litteraria

Suys, Nicolas

Antverpiae, 1620

Sena II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69342](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69342)

Aut vltimos parasitos facies, quæ te vsque attondeant.

Lyd. *Eccere. quid vis? Phil. Adolescentē hunc nosti?*

Lydus. *Intus & in cute.*

Pist. *Mentiris furcifer. Tun' hanc nosti cutem?*

Tuam Hercle licet nouit extimè & intimè.

Phil. *Huic custodem te prepono sedulum:*

Ne quid agat, ne quid dicat nisi te conscio.

Lyd. *Manus Hercle illius habitabo perdius,*

Linguamq; pernox incolam Argo oculatior:

Ne quid agat, ne quid dicat nisi me conscio.

Phil. *Haud somniculosè hoc agendum est, mi Lyde.*

Lyd. *Mirum est, me vt faciã te opere tanto quæfere.*

Indigna digna habenda sunt herus quæ iubet.

Pist. *Ego, Pol, saxo discas parere hero alteri,*

Plures orienti faciunt, quàm occidenti. Ego

Oriens, illic est occidens ipsissimus.

Phil. *Heus fili. Pistocl. Mi pater. Estne quod iubes?*

Philox. *Huic*

Parere te volo. Pist. Pro rotã me vti licet.

Nempe hoc est; parebo, dum parere integrum est,

Venere saluã, & lubidine, & meis iocis.

SCENA II.

PISTOCLERVS adolescens.

LYDVS seruus.

Di te perdant, mucose senex: quin me cruci

Duis discipulum potiùs, barathroq; famulum!

Quàm me tam diris miserum torqueas modis.

Scholas nempe iubes addeam, studijs incubem,

Q 2

Legam,

Legam, commenter, scribam, iam malim Aedepol
 Cum Sisypho mutare fortunam meam.
 Vnum ille saxum voluit, mille ego millia,
 Praclarum hoc Hercle pistrinum est, ergastulum
 Bellissimum, vbi virgas molas quotidie
 Impranso & incœnato quantũ ad nauseam satis fiet:
 Vbi id ergon vnicũ, quod iuuenibus est parergo vnicũ.
 Vbi tanquam claudus sutor domi sedeas totos dies:
 Tum si vno verbulo musses, si mu mu solũm dixeris,
 Extempulo verborũ turbo grandinat, atque verberũ
 Cruenta tempestas. Tum me Acheron enecet,
 Pedẽ cũ primũ intulerim in hoc doloris contuberniũ.
 O me ærumnatum! Quã velim atra illunc pix
 agitet apud
 Carnificem, & illius capiti illuceat, qui pessimum
 Hunc pueris commentus de nihilo est Tartarum!
 Lyd. Quid ais adolescens nihili. Pisto. Vxorem te
 mox domum
 Dacturum esse. Lyd. Phanon id quidem est. Pisto. Cl.
 Crucem Hercule
 Pro vxore domum duces. Lyd. Erras puer, in crucem
 foras
 Ducar, vbi nuptias celebravit pater meus,
 Et auus, & proauus, atque tota à stirpe familia:
 Hac mihi debetur, hanc volo, hac sinas frui.
 Quid inuides tam felici prognato fidere?
 At scis? nisi mox ad scholas bites ocysimè,
 Nil opus erit demum pistorem nostrum foris cribrum
 Querere. Pisto. Cl. Quidum? Lyd. De cute mox cri-
 brum nam fiet tuã;

*Ita Hertle forabitur virgarū mordicibus. Pist. Ohe.
Tacesis, nisi dentilegus fieri mauelis. Lyd. Etiam
minas?*

*Pist. Nam meus est ballista pugnus, cubitus catapul-
ta' st mihi,*

*Humerus aries. Lyd. O bellator strenue, stipendium
Tibi in vlmis crescit, mox dabitur hoc vlmeum sti-
pendium.*

*Pist. Quid me tibi curatio est? Lyd. Iam nunc scies.
Pistocl. Iam nunc abi*

*In maximam malam crucem. Lyd. Hancce tibi
iam fabricas miser.*

*Nam hac si pergis, fieri nequit quin modò sis occisif-
simus.*

*Pist. Ego tibi istam scelestē linguam. Lyd. Mox, pa-
ter, pater.*

*Pist. Tace, atque sequere Lyde me. Lyd. Illuc sis vide.
Ut magna sēpē ingenia in occulto latent!
Hic adolescens quantus nunc Imperator est!*

ACTVS SECVNDI

S C E N A I.

MNESILOCHVS. PISTOCLERVS.
SOSICLES. LYDVS.
CLEOMACHVS.

S Equere huc, Sosicl. Quorsum? Mnes. Ut volupe
tibi de me fiet hodie.

Cleom. Quia iam ad eò compleui me flore Liberi;